



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Pueritia. 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

## VBALDINI. II

tè quadam mater, paruulum  
conspicatur: inque vlnas subla-  
tum, & fascijs aliquamdiù solu-  
tum, circumgestat. Non abusus  
ea brachiorum libertate infans,  
cæpit voce, quâ licuit, gestire; si-  
mul oculos; simul manus quan-  
to potuit conatu in cælum su-  
stollere; & totus in eo se gaudio  
oblectare: Deum disertè appel-  
laturus, si fari per ætatem, lin-  
guæ vincula permisissent, Ad-  
uertit ea res matrem, neque ex  
vsu ceterorum infantium fieri  
visa, apud multos omen habuit,  
vt aliquid futuri expectarent.

### III. Pueritia.

**N**on multis post annis, puero  
quàm infanti iam propior,  
cæpit ipse, quid animo versaret,  
expromere. Nam vt primùm

copia fuit, institit domi sacella  
 moliri, arâsque concinnè strue-  
 re; atque illuc flores, & quicquid  
 ornati suppetebat, aggerere. Ne-  
 que hæc facere habuit satis, nî ad  
 aræ deinde pegma creber ipse  
 procumberet, & ibidem paruu-  
 la vota, precésq; suavi cum sen-  
 su funditaret. Quibus studijs vt-  
 cunque defunctus, mox ad libel-  
 los litterâsque ferebatur: & quã-  
 quam harum rudis, tractare ta-  
 men ac versare, vt si maximè  
 calleret, perseuerabat. Quæ ple-  
 raque si VRALDINO, cum æ-  
 qualibus communia fuere; istud  
 certè non æquè ad ceterorum  
 morem mediûmq; habuit: quòd  
 eum aiunt, ita iam tum compo-  
 sitis moribus fuisse, vt adhuc e-  
 phebulus, grauitate virum, ac,  
 prope dixerim, senem, represen-  
 taret.

## VBALDINI. 13

taret. Neque enim ultra cunas,  
retinenda sibi crepundia duxe-  
rat; sed ijs, quæ apud pueros pri-  
ma habentur, maturè relicta, ad  
seria confestim & magna appel-  
lendum animum esse. Inde cum  
senioribus iungi, & ab æquali-  
um cætu, qua locus permetteret,  
diuertere, voluptas erat. Quo fa-  
ctum est sæpe, vt, cum apud pa-  
rentem viros videret graues, se-  
rijs de rebus differentes, non te-  
nuerit se, quin omnibus omissis,  
eodem accurrere, & ibi, si res pa-  
teretur, attentissimè auscultare  
contenderet: gausus à viris au-  
dire, quæ prodesse etiam puero  
possent. Id autem augebat ea  
modestia, vt facilè appareret,  
quàm audiendi discendiq; aui-  
dus erat, tam esse linguæ verbo-  
rumque parcum. Nam medita-  
ta se.

ta ferè erant, quæ percontanti-  
bus alijs respondebat. Quod ip-  
sum, sicut omnibus admiratio-  
ni; ita multis acutiùs tuentibus,  
argumento fuit, cur omnia sibi  
summa de puero, si adolesceret,  
non vani pollicerentur.

*IV. Pueritiæ studia.*

**I**Am interea, ne per otium ætas  
hebesceret, tēpus omne, quod  
precibus supererat, inter hone-  
stas, annisque congruentes exer-  
citationes, ita diuidebat, vt pri-  
mam ferè operam in litteris dis-  
cendis poneret. Quippe ea de re  
magistrum pater domesticum  
alebant, à quo ipse, & frater ger-  
manus ipso maior, ad Gramma-  
ticen instituerentur. Vbi sanè  
compertum est, omnem eius  
magistri ductum nutumque V-

BAL-